



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum motus cœli quandoque deficiet.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

AD OCTAVVM dicendum, quod aliquid dicitur melius, vel propter praesentiam magis boni: & sic melius est damnato esse quam non esse: vel propter absentiam mali, quia etiam carere malo, in rationem boni cadit, secundum Philosophum in 5. Eth. Et secundum hoc intelligitur verbum Domini Iesu Christi.

AD NONVM dicendum, quod forma, & accidentia etsi non habeant materiam partem sui ex qua sint, habent tamen materiam, in qua sunt, & de cuius potentia educuntur. unde & cum esse desinunt non omnino annihilantur: sed remanent in potentia materiae sicut prius.

AD X. Dicendum, quod sicut creaturae sunt ex nihilo: ita in nihilum sunt redigibiles, si Deo placeret.

AD XI. & duodecesimum dicendum, quod auctoritates illae non sunt intelligendae hoc modo quod substantia mundi pereat, sed figura, ut Apostolus dicit prima ad Corinthios septimo.

ARTICVLVS V.

Utrum motus caeli quandoque deficiat.

QVINTO quaritur, utrum motus caeli quandoque deficiat. Et videtur quod non. Dicitur enim Gen. 9. Cunctis diebus terrae, seminis, & messis, frigus, & aestus, hyems & aestas, nox, & dies non requiescent: haec autem omnia ex motu caeli proveniunt. ergo motus caeli non requiescet quando terra erit: terra autem in aeternum stat, ut dicitur Ecclesiasticus primo, ergo & motus caeli in aeternum erit. Sed dicitur quod intelligitur de terra prout servit homini secundum praesentem statum, quo per seminationem, & messem homo fructus ex ea colligit ad sustentationem vitae animalis: non autem pro, ut terra servit hominiam glorificationem in aeternum durans ad maiorem bonorum iocunditatem.

2 SED CONTRA dicitur Ierem. 31. Haec dicit Dominus qui dat Solem in lumine diei, ordinem Lunae, & Stellarum in lumine noctis, qui turbat mare, & sonat fluctus eius, Dominus exercituum nomen eius: si defecerint leges istae coram me, tunc, & semen Israel deficiet ut non sit coram me gens semper. Non autem intelligitur de Israel carnali, qui iam per sui dispersionem gens dici non potest. Unde oportet quod intelligatur de Israel spirituali, qui tunc maxime coram Deo gens erit, cum per essentiam Deum videbitur. ergo in statu beatitudinis leges praemissae, quae motum caeli sequuntur, non cessabunt: & sic neque per consequens motus caeli.

3 Praet. Quaecumque necessitatem ex priori necessario habent, sunt necessaria absolute, ut patet per Philosophum in 2. Physico. sicut mors animalis quae necessaria est propter materiam necessitatem. Operationes autem rerum in corruptibilem, inter quas motus caeli oportet ponere, sunt propter substantias eorum quorum sunt operationes, & sic necessitate ex priori habere videntur: cum e converso sit in corruptibilibus, quorum substantiae sunt propter earum operationes: unde ex posteriori necessitate habet, ut Comen. ibidem dicit, ergo motus caeli necessitate absoluta necessarius est, & ita nunquam cessabit.

4 Praet. Finis motus caeli est, ut celum per motum assimilatur Deo, in quantum exit de potentia in actum per firmiter renouationem, quos successively actualiter acquirit. vnumquodque enim secundum hoc Deo, qui est purus actus, assimilatur per actum. Iste autem finis cessaret cessante motu. Cum motus ergo non cesset nisi obrento sine propter quem est, numquam motus caeli cessabit. Sed dicebatur, quod motus caeli non est propter hunc finem: sed ad completum numerum electorum, quo completo motus caeli quiescet.

5 SED CONTRA, Nihil est propter vilius se, eo quod finis est nobilior his, quae sunt ad finem, cum finis sit causa bonitatis in his quae sunt ad finem: sed celum cum sit incorruptibile, est nobilior quam generabilia, & corruptibilia. ergo non potest dici, quod motus caeli sit propter aliquam generationem in istis inferioribus, per quam tamen numerus electorum posset compleri. Sed dicebatur, quod motus caeli non est propter generationem electorum, sicut propter generalem finem: sed sicut propter finem secundarium.

6 SED CONTRA, Habito sine secundario, non quiescit quod propter finem motus mouetur. Si ergo generatio per quam completur numerus electorum, est secundarius finis motus caeli, eo habito non quiescet adhuc caelum.

7 Praet. Oportet quod est in potentia, est imperfectum, nisi ad actum reducat: Deus autem in mundi consumatione non dimittet aliquid imperfectum. Cum ergo potentia quae est in celo ad ubi, non reducat in actum nisi per motum, videtur quod motus caeli etiam in mundi consumatione non quiescet.

8 Praet. Si cause alicuius effectus sunt incorruptibiles, & semper eodem modo se habentes, & effectus ipse est sempiternus: sed omnes cause motus caeli sunt incorruptibiles: & semper eodem modo se habentes siue accipiamus causam mouentem. siue ipsum mobile. ergo motus caeli in sempiternum durabit.

9 Praet. Illud quod est sempiternitatis susceptivum, numquam a Deo sua sempiternitate priuabitur, ut patet in angelo, anima rationali, & substantia caeli: sed motus caeli est susceptivus sempiternitatis (Ioh. n. motum circulari contingit esse perpetuum, ut patet in octavo Physico). ergo motus caeli in perpetuum durabit, sicut & alia quae nata sunt esse sempiterna.

10 Praet. Si motus caeli quiescet, aut quiescet in instanti, aut in tempore: si in instanti, continget simul idem quiescere, & moveri, quia cum in toto tempore praecedenti moueretur, oportet dicere, quod in quolibet ipsius temporis, in quo natum est moveri caelum moueretur. In instanti autem signato, in quo datum est caelum quiescere, natum est caelum moveri, cum motus & quies circa idem sint: hoc autem instans est aliquid temporis praecedentis, cum sit terminus eius. ergo in eo moueretur, & datum erat quod in eo quiescebat, ergo simul in eodem instanti quiescet, & mouebitur, quod est impossibile. Si autem quiescet in tempore: ergo tempus erit post motum caeli. Sed tempus non est sine motu caeli, ergo motus caeli erit postquam esse desierit, quod est impossibile.

11 Praet. Si motus caeli quandoque deficiat, oportet quod tempus deficiat, quod est numerus eius, ut patet in 4. Physico. sed impossibile est tempus deficere. ergo impossibile est motum caeli deficere. Probatio media. Omne quod semper est in sui principio, & sui fine, nunquam cepit esse, nec unquam deficiet, eo quod unumquodque est post suum principium, & ante finem suum: sed nihil est accipere temporis, nisi instans quod est principium futuri, & finis praeteriti, & sic tempus semper est in sui principio, & sine. ergo tempus nunquam deficiet.

12 Praet. Motus caeli est naturalis celo, sicut, & motus grauium, & leuium est eis naturalis, ut patet in primo Celorum, & mundi. Hoc autem differt, quod corpora elementaria non mouentur naturaliter, nisi cum sunt extra suum ubi, celum autem mouetur etiam in suo ubi existens: ex quibus accipi potest, quod sicut se habet corpus elementare ad motum suum naturalem, cum est extra suum ubi: ita se habet celum ad motum suum naturalem cum est in suo ubi. Corpus, n. elementare cum est extra suum

Quest. dif. S. Thoma. G 2 ubi,

Lib. 8. com. 73. & 74.

Lib. 4. com. 101. tom. 2.

Lib. 1. com. 78. & sequens. tom. 1.

vbi non quiescit, nisi per violentiā. ergo & celi nō potest quiescere, nisi quies sit violenta. quod quidē est inconueniens. Cū enim nullū violentum possit esse perpetuum, sequeretur q̄ illa quies celi nō esse perpetua: sed quandoque iterum celi moueri inciperet, quod est fabulosum. ergo non est dicendum quod motus celi aliquando quiescat.

¶ 13 Præt. Eorū quæ sibi succedunt, oportet esse aliquē ordinem, & proportionem: finiti autē ad infinitū non est aliqua proportio. ergo inconuenienter dicitur q̄ cælum finito tempore sit motū, & postmodū infinito tpe quiescat: quod tñ oportet dicere, si motus celi incipit & finiet, & nunq̄ reincipiat.

¶ 14 Præt. Quanto aliquid Deo assimilatur secūdu nobiliore actum, tanto nobilior est assimilatio: si- cut nobilior est assimilatio hominis ad Deum, q̄ est s̄m animam rationalem, quā animalis brutis, quæ est secundum animam sensibilem. Actus autē secundus, nobilior est quā actus primus: si- cut consideratio quā scientia. ergo assimilatio qua cælum assimilatur Deo s̄m actum secundum, qui est causare inferiora, est nobilior quā assimilatio s̄m claritatem, quæ est actus primus. Si ergo in mundi consumatione partes principales mundi meliorabuntur, uideatur quod cælum non desinet moueri, aliqua maiori claritate repletum.

Tex. 18. 37. 38. & 39.

¶ 15 Præt. Magnitudo & motus & tempus se cōse- quuntur, quantum ad diuisionē, & finitatem uel infinitatem, ut probatur in 6. Phy. sed in magnitudine circulari non est principium neque finis. ergo nec ī motu circulari poterit esse aliquis finis. Et sic cum motus celi sit circularis, ut q̄ nunq̄ finietur. Sed dicebat, q̄ licet motus circularis nunq̄ scdm suā naturā finiatur, tamen diuina uoluntate finiet.

Circa prin- cipio.

16 SED CONTRA est quod Aug. dicit secundo super Gen. ad literam, Cū de mundi institutione agitur, non q̄ritur quid Deus possit facere, sed qd rerū natura patiatur ut fiat. Consumatio autē mundi, eius institutioni r̄ndet, sicut finis principio. ergo nec in his quæ p̄tinent ad finem mundi, recur- rendum est ad Dei uoluntate: sed ad rerum naturā.

¶ 17 Præt. Sol per suam præsentiam, lumen & diē in istis inferiorib. causat, per absentiam uero tenebras & noctem: sed non potest esse Sol præsens utriusque hemispherio, nisi per motum. ergo si motus celi quiescat, semper sua præsentia in una parte mundi causabit diem, & in alia noctem, cui Sol semper erit absens. Et sic illa pars non erit meliorata: sed deteriorata in mundi consumatione.

¶ 18 Præt. Illud quod æqualiter se habet ad duo, aut utrique adhæret, aut neutri: sed Sol æqualiter se habet quantum est de sua natura ad quodlibet vbi celi. ergo uel erit in quolibet, aut in nullo. Sed non potest esse in nullo, quia omne corpus sensibile alicubi est. ergo oportet quod sit in quolibet: sed hoc non potest esse, nisi per motus successio- nem. ergo semper mouebitur.

¶ 19 Præt. In mundi consumatione a nullo tolle- tur sua perfectio quod tunc remanebit, quia res quæ remanebunt, in illo statu non deteriorabuntur: sed meliorabuntur. Motus autem est p̄fectio ipsius celi: qd patet ex hoc quia motus est entelechia mobilis in quantum huiusmodi, ut d̄r in 3. Phy. Et iterum ut dicitur in 2. Celi & mundi, cælum per motum perfectam bonitatem consequitur. ergo in mundi consumatione celi motu nō carebit.

Phy. lib. 2. c. 16. 2. c. 16. 66.

¶ 20 Præt. Corpus aliqd nunq̄ attinget ad gradū nature spiritalis: hoc autē ad naturam spiritalē per- tinet q̄ bonitatem perfectam sine motu habeat,

ut patet in 2. Celi & mundi: nunquam ergo celi si moueri definat, perfectam bonitatem habeat, quod est contra rationem consumationis mundi. ¶ 21 Præt. Nihil tollitur, nisi per suum contrarium. motui autem celi nihil est contrarium, ut probatur in primo celi & mundi. ergo motus celi nunquam quiescet.

SED CONTRA est, quod dicitur Apo. 10. Angelus quem vidi stantem super mare & super terram, leuauit manum suam, & iurauit per uiuentem in secula seculorum, quia tempus amplius non erit: tempus autem erit quandiu motus celi erit. ergo motus celi aliquando esse desinet.

¶ 22 Præt. Dicitur Iob 14. Homo cum dormierit nō resurget, donec atteratur cælum non euigilabit, neque confurget de somno suo, cælum autem nō potest intelligi q̄ atteratur secundum substantiā, quia semper remanebit, ut prius probatum est. ergo quando resurrectio mortuorum erit, cælum atteretur quantum ad motum qui cessabit.

¶ 23 Præt. Rom. 8. super illud, Omnis creatura in- miscuit & parturit, usque adhuc, dicit glo. Ambrosij, Omnia elementa cum labore sua explent officia, sicut Sol & Luna non sine labore statuta sunt implent spacia, quod est causa nostri, unde quiescent nobis assumptis. ergo in resurrectione sanctorum motus corporum celestium quiescet.

¶ 24 Præt. Isidorus dicit in lib. creaturarū, post iudiciū Sol laboris sui mercedē recipiet, & nō ueniet ad occasum nec Sol nec Luna, quod non potest esse si celi moueatur. ergo tunc cælum non mouebit.

RESPON. Dicendum q̄ s̄m documenta sanctorum ponimus motum celi q̄nque cessaturum, quibus hoc magis fide teneatur, quā ratione demōstrari possit: ut autem manifestum esse possit quod huius q̄onis pendat difficultas, attendendum est, q̄ motus celi non hoc modo est naturalis celestis corpori, sicut motus elementaris corporis est naturalis. habet enim huiusmodi motus in motu naturali. habet enim motus in motu naturali. habet enim motus in motu naturali.

¶ 1 Principiū, non solum materiale & receptiuum, sed et formale & actiuum. Forma enim ipsius elementaris corporis sequitur talis motus, sicut & elementa naturales proprietates ex essentialib. principijs consequuntur, unde in eis generas d̄r esse mouēs in quantum dat formā, quā cōsequitur motus sic autē in corpore celesti dici non potest. Cum natura semper in vnū tendat determinare non habens ad multa, impossibile est q̄ aliqua natura inclinet ad motum secundum seipsum, eo q̄ in quolibet motu deformitas quedam est, in quantum non eodem modo se habet quod mouetur, uel deformitas uero mobilis est contra motus rōnē. Unde de natura nunquam inclinat ad motum p̄p̄ uerē, sed propter aliquid determinatum qd ex motu cōsequitur, sicut natura grauis inclinat ad motū in medio, & per consequens inclinat ad motum qui est deorsum, s̄m q̄ tali motu in talem locum peruenitur. Cælum autē non peruenit suo motu ad aliquod ubi, ad quod per suam naturā in clinetur quia quodlibet ubi est principium & finis motus unde non potest esse suus motus naturalis quāsi quens aliq̄ inclinationē naturalis uirtutis in heretis, sicut sursum ferri est motus naturalis ignis. Et aut motus circularis esse naturalis cælo, in quantum in sua natura hēt aptitudinē ad talem motū, & in seipso hēt principij talis motus passiuū, actiuū aut principij motus est aliqua substantia separata ut Deus, uel intelligentia, uel anima, ut quidā ponunt. Quantum ad præsentem q̄onem nihil dicitur Ratio

Ratio ergo permanentiæ motus non potest sumi ex natura aliqua celestis corporis, ex qua tantum est aptitudo ad motum: sed oportet eam sumere ex principio actiuo separato. Et quia agens omne pp finem agit, oportet cõsiderare quis est finis motus cœli: si namque fini eius congruat q̄ motus alii quando terminetur, cœlum quandoque quiesceret: si autem fini eius non comperat quies, motus eius erit sempiternus. non enim potest esse q̄ motus deficiat ex mutatione causæ mouentis, cum voluntas Dei sit immutabilis, sicut etiam natura, & per eam immobilitatem consequantur, si quæ sunt causæ mediæ mouentes. In hac autem consideratione tria oportet vitare, quorum primum est, ne dicamus cælum moueri propter ipsum motum; sicut dicebatur cælum esse propter ipsum esse in quo Deo assimilatur. Motus enim ex ipsa sui ratione repugnat, ne possit poni finis, eo q̄ motus est in aliud redens: vnde non habet rationem finis, sed magis eius, qd̄ est ad finem. Cui etiam attestatur, q̄ est actus imperfectus, vt dicitur in 3. de Anima, & 3. Physic. Finis autem est vltima perfectio. Secundum est, ut non ponatur motus cœli esse propter aliquid vilius: nã cum finis sit vnde ratio sumitur, oportet finem præeminere his, quæ sunt ad finem. Potest autem conringere, q̄ vilius sit terminus operationis rei nobilioris: non autem vt sit finis intentionis. Sicut securitas rustici est terminus quidam, ad quem operatio Regis gubernantis terminatur: non tamen regimen Regis est ordinatum ad huius rustici securitatem sicut in finem: sed in aliquid melius, scilicet in bonum commune. vnde non potest dici, q̄ generatio istorum inferiorum sit finis motus cœli, & si sit effectus vel terminus: quia & cælum his inferioribus præeminet, & motus eius motibus, & mutationibus horum. Tertium est, vt non ponatur finis motus cœli aliquid infinitum: quia vt dicitur in 2. Metaphysic. Qui ponit infinitum in causa finali, destruit finem, & naturam boni. Pertingere enim quod infinitum est, impossibile est: nihil autem mouetur ad id quod impossibile est. ipsum consequi, vt dicitur in primo Cœli, & mundi. vnde non potest dici, q̄ finis motus cœli sit ut consequatur in actu: nisi ad quod est in potentia, licet hoc Auicenna dicere videatur. hoc enim impossibile est cõsequi, cum infinitum sit: quia dicitur in vno ubi sit in actu, erit in potentia ad aliud ubi, in quo prius actu existeret. Debet ergo finem motus cœli ponere aliquid qd̄ cœli per motum consequi possit, qd̄ sit aliud a motu, & eo nobilius. Hoc autem dupliciter potest poni, uno modo vt ponatur animus motus cœli aliquid in ipso, e.g. lo, qd̄ simul cū motu existit. Et secundum hoc a quibusdam Philosophis ponitur, q̄ similitudo ad Deum in causando est finis motus cœli, qd̄ qd̄ sit ipso motu durante: vnde secundum hoc non conuenit q̄ motus cœli deficiat, q̄ deficiente motu, finis ex motu pueniens cessaret. Alio modo potest poni, finis motus cœli aliquid extra cælum, ad quod peruenitur per motum cœli, quo cessante illud potest remanere. Et hæc est nostra positio. Ponimus enim q̄ motus cœli est propter implendum numerum electorum. Anima namque rationalis quolibet corpore nobilior est & ipso cælo. Vnde nullum est inconueniens, si ponatur finis motus cœli multiplicatio rationalium animarum: non autem in infinitum, quia hoc per motum cœli puenire non potest, & sic moueretur ad aliquid, qd̄ cõsequi non potest. unde relinquatur, q̄ determinata multitudo animarum rationalium sit finis motus cœli. Vnde ea habita motus cœli cessabit. Licet autem

A vtraq; positionum predictarum possit rationabiliter sustineri, tñ secunda, que fidei est, vt esse pbabilior pp tres rōnes. Primo quidem, quia nihil dicitur de cetero finem alicuius esse assimilationem ad Deum secundum aliquid: & illud, secundum qd̄ assimilatio attendit. Sicut supra dictum est, q̄ finis rerum possit dici, vel ipsa assimilatio diuine bonitatis, vel esse rerum, secundum q̄ res Deo assimilant. Idem ergo est dictum finem motus cœli esse assimilari Deo in causando, & causare. Cære autem non potest esse finis, cū sit operatio habens operatum, & redens in aliud: huiusmodi. n. operationibus meliora sunt operata, ut dicitur in principio Ethic. vnde humo factiones non possunt esse fines agentium, cū non sint perfectiones facientium: sed magis factorum. vñ & ipsa facta sunt magis fines, ut patet 9. Met. & 1. Ethic. Ipsa autem operata non sunt fines, cū sint uiliora cælo, ut supra dictum est. vñ relinquatur non conuenienter dici, q̄ finis motus cœli sit assimilari ad Deum in causando. Secundo uero, quia cū cælum moueatur, in ipso existente sola aptitudine ad motum, principio uero actiuo existente extra, ut dictum est, mouet & agit sicut instrumentum: hæc est. n. dispositio instrumenti, ut patet in artificialibus. Nã in securi est sola aptitudo ad tale motum, principium autem motus in artifice est. Vñ, & secundum Philosophos, Quod mouet motum, mouet ut instrumentum. In actione autem, q̄ est per instrumentum, non potest esse finis aliquis in ipso instrumento, nisi per accidens, in quantum instrumentum accipitur ut artificiatum, & non ut instrumentum. vñ non est probabile, q̄ finis motus cœli sit aliqua perfectio ipsius: sed magis aliquid extra ipsum. Tertio, quia si similitudo ad Deum in causando est finis motus cœli, præcipue attenditur hæc similitudo secundum causalitatem eius, quod a Deo immediate causatur. anima rationalis, ad cuius causalitatem concurrat cælum per motum suum materiã disponendo. Et ideo probabilius est quod finis motus cœli sit numerus electorum, quam assimilatio ad Deum in causalitate generationis, & corruptionis, secundum q̄ Philosophi ponunt. Et ideo concedimus, q̄ motus cœli completo numero electorum finiatur.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod loquitur de duratione terræ secundum quod est transmutatio in subiecta: sic. n. in ea seminatur, & metitur. Tali autem statu terræ durante, motus cœli non cessabit.

AD SECUNDUM dicendum, q̄ authoritas illa non est intelligenda de Israel carnali, sed de Israel spiritali: non tñ secundum q̄ est in patria coram Deo, contemplan-do ipsum per speciem: sed secundum q̄ est in via coram Deo p fidem, vt sic idem sit, qd̄ dicitur hic, & qd̄ Dominus discipulis loquens ait Matth. ultimo. Ecce ego uobiscum sum usque ad consumationem seculi.

AD TERTIUM dicendum, q̄ hæc prepositio, pp, denotat causam. vnde quæque denotat causam finale que est posterior in esse, quæque autem materiale vel efficientem, que sunt priores. Cum autem dicitur in rebus incorruptibilibus, Actus sunt propter agentia, Propter, non denotat causam finale: sed eam efficientem, ex qua est necessitas ibi, & non ex fine. Motus ergo cœli si comparetur ad ipsum mobile, non habet ex eo necessitatem sicut ex causa efficiente, vt ostensum est: habet autem nanc necessitatem ex mouente. Quod, quia est voluntarie mouens, secundum hoc necessitatem in motu inducit, secundum quod determinatum est per ordinem sapientie diuine: & non ad moueri semper.

AD QUARTUM dicendum, quod assimilari Deo secundum hoc, quod actu acquirit successiue diuersos finis, ad quos prius erat in potentia, non

Quest. dis. S. Tho. G 3 tia, non

celesti
ab
munda
rariu
proba
li num

angelus
ceram,
ntem in
on erit
cit. ergo

uicini
igilabi
ntem nō
stantia
m esse
clum at

ura. ing
Ambro
lent offi
tata libi
de que
one lan
descent.
post iudi
o uenit
pōt esse
nouabit.
a sando
urum, q̄
e demō
ffici quo
dum est
his celest
eis est
immo
epitium,
p̄fius ele
icet & a
principio
mōtes
ur motus
Cum a
ac non
ua natur
eo q̄ n
inquant
erit, vñ
rōne. Vñ
pp mo
qd̄ ex m
nat ad q̄
ad mot
m locum
mōtu
clinet
is motus
s in her
ignis. D
inquant
orū, & h
u, ad m
ta separa
quid po
hil dicit
Ratio

9. Met. r. 1. eth. cap. 1. in hoc arti. in hoc arti. in corp. art.

F **In corp. art.** tia, non potest esse finis motus coeli: tum quia hoc infinitum est, vt supra ostensum est: tum quia sicut ex vna parte per motum acceditur ad diuinam similitudinem, per hoc q̄ situs, qui erant in potentia, fiunt actu: ita ab alia parte receditur à diuina similitudine, per hoc q̄ situs qui erant in actu, fiunt in potentia.

AD QVINTVM dicendum, q̄ licet generabilia, & corruptibilia sint viliora celo: tñ anima rationales sunt corpore coeli nobiliores, quæ tñ à Deo producuntur ad esse in materia disposita per motu coeli.

AD SEXTVM dicendum, q̄ completio numeri electorum s̄m doctrinam fidei non ponitur secundarius finis motus coeli, sed principalis, licet non vltimus: quia finis vltimus vniuersitatis, rei, est bonitas diuina, in quantum creaturæ quoquo modo ad eam pertingunt, vel per similitudinem, vel per debitum famulatum.

AD SEPTIMVM dicendum, q̄ res non d̄r esse imperfecta, quacumq; potentia in ipsa nō reducta ad actum, sed solum qñ per reductionē in actum res suam consequitur complementum. Non. n. homo qui est in potentia, vt sit in India, imperfectus erit si tibi non fuerit: sed imperfectus d̄r si scientia vel virtute careat, qua natus est perfici. Coelum autem nō perficitur per locum, sicut corpora inferiora, quæ in proprio ubi conseruantur. Vnde licet potentia qua potest esse in aliquo ubi, nunquam reducatur ad actum, non tamen sequitur q̄ sit imperfectum. Nam si s̄m se consideretur, nō maior est sibi perfectio q̄ sit in vno situ q̄ in alio: sed indifferēter se habet ad omnia ubi, cum ad quodlibet moueatur naturaliter. Ipsa autem in differentia magis inducit ad quietem q̄ ad perpetuitatem motus: nisi consideretur voluntas mouentis, & intendens finem. Sicut etiam quidam Philosophi assignauerunt eam quietem terræ in medio, propter indifferētiā eius, respectu cuiuslibet partis circumferentiæ coeli.

AD OCTAVVM dicendum, q̄ licet cause motus ce-
I li omnes sint sempiternæ, tamen mouens, ex quo necessitas eius dependet, mouet per voluntatem, & non est necessarium q̄ semper moueat, sed secundum quod exigit ratio finis.

AD NONVM dicendum, q̄ alio modo celum est s̄m suam naturam capax sempiternitatis motus, & sui esse. Nam suum esse dependet ex principijs suæ naturæ, ex quibus cōsequitur necessitas essendi, cū non sit in eis possibilitas ad non esse, vt prius ostensum est. Suus autem motus, in natura eius non habet nisi aptitudinem: necessitatem vero habet ex mouente. Vnde etiam s̄m Com. in 11. Meta. & in lib. de Substantia orbis, sempiternitas essendi in celo est ex principijs suæ naturæ, nō autem sempiternitas motus: sed ab extrinseco. Vnde etiam secundū eos qui dicunt motum nunquam deficere, causa durationis motus coeli, & eius sempiternitatis, est voluntas diuina: quamuis eius immobilitas nō de necessitate concludere possit sempiternitatem motus coeli, vt ipsi volunt. Non. n. est mobilis voluntas, si vel q̄ diuersa sibi inuicem succedat, s̄m q̄ exigit finis quem immobiliter vult. Et ideo potius est inquirēda ratio sempiternitatis motus ex fine, quam ex immobilitate mouentis.

AD DECIMVM dicendum, q̄ motus coeli terminabitur in instanti. In quo quidem neq; erit motus neq; quies, sed terminus motus, & principiu quietis: quies aut sequens non erit in tpe. Nam quies nō mensuratur à tpe, primo, sed secundario, vt d̄r in 4. Phys. vnde si sit quies alicuius corporis quæ nulli

Lib. 4. cont.
219. tom. 2.

motui subijciatur, non mensurabitur tpe: quamuis si in hoc fiat vis, possit dici quod erit post motum in celo immobilitas quædam, etsi non quies.

AD XI. dicendum, q̄ sicut motus coeli deficiet, ita & t̄pus deficiet, ut per autoritatem Apoc. in d̄m apparet. Vltimum autem nūc totius t̄pis erit quidem finis præteriti, non autem principium futuri. Quod. n. nūc simul sit, & finis præteriti, & principium futuri, habet in quantum sequitur motum circulare continuum, cuius quodlibet signum indiuisibile est principium & finis, respectu diuersorum. Vnde si motus cesset, sicut erit aliquod vltimum indiuisibile in motu: ita & in tempore.

AD XII. dicendum, q̄ motus coeli, ut dictum est, non est naturalis propter actiuam inclinationem formalem principij in corpore celesti ad talem motum: sicut est in elementis, vnde non sequitur si quum quiescit, quod eius quies sit violenta.

AD XIII. dicendum, q̄ si motus coeli nō esset pp̄ aliquid aliud, tunc oporteret attendere proportionem eius ad quierem sequentem, si non simpliciter poneretur: sed quia est ordinatus ad aliu finem, eius proportio attenditur in ordine ad finem, & nō in ordine ad quietem sequentem: vt intelligamus q̄ Deus ex nihilo vniuersas creaturas in esse producit, primam vniuersi perfectionem, quæ cōsistit in partibus essentialibus vniuersi, & diuersis speciebus, per seipsum instituit. Ad vltimā vero perfectionem, quæ erit ex cōtuatione ordinis beatorum ordinati diuersos motus, & operationes creaturarum quosdam quidē naturales, sicut motu coeli, & operationes elementorū, per quas materia preparatur ad susceptionē aīe rōnalis: quosdā vero voluntarios, sicut angelorum ministeria, qui mittuntur pp̄ eos qui hereditatē capiunt salutis. Vnde hac cōtuatione habitā, & immutabiliter permanente, quæ ad eam ordinabuntur, in perpetuum cessabunt.

AD XIV. dicendum, q̄ obiectio illa, p̄cedit de causa secūdo, qui est operatio manēs in operatē, q̄ est finis operatis: & p̄ cōsequēs excellētiō q̄ forme operatis. Actus autē s̄m d̄s, q̄ est actio tendens in aliud factū, nō est finis agētis, nec nobilior q̄ eius forma: nisi ipsa facta sint nobiliora faciētibus, sicut artificia sūt nobiliora artificialibus, in suis, ut eorū fines.

AD XV. dicendum, q̄ licet in circulari magnitudine non sit principium vel finis in actu, potest tamen designari principium vel finis in capere nationem, vel terminationem motus alicuius.

AD XVI. dicendum, q̄ in mundi principio natura instituebatur: & ideo in his quæ ad principium pertinet, non oportet nature proprietatem præterire: in mundi autem fine natura operatio cōsequitur finem à Deo sibi institutum: vnde oportet ibi recurrere ad voluntatē Dei q̄ talē finē instituit.

AD XVII. dicendum, q̄ licet celo quiescētē sp̄ s̄m solus Sol ex vna parte terra, nō tñ ex alia parte terra erit oīno tenebræ, & obscuritas, pp̄ claritatem q̄ fuit in habitata à sanctis, nullū in cōueniēs locū.

AD XVIII. dicendum, q̄ quis celū equaliter se habet ad quēlibet situ sibi possibile, non tñ motus est in acquisitionē situs, sed pp̄ aliqd aliud: vñ i quodō situ remaneat, impleto eo ad qd erat, nihil d̄r.

AD XIX. dicendum, q̄ motus est si sit actus mobilis tñ actus imperfectus. Vnde p̄ hoc q̄ motus autem non pōt cōcludi q̄ simpliciter perfectio autē rōnalis & præcipue si per motu mobili nihil acquiritur.

Quod

Quod autē Philosophus dicit, quod acquirit perfe-
ctam bonitatem per motū, loquitur secundum pri-
mā dictarum opinionum de fine motus cæli, qui
competit ad sempiternitatem motus.

Ad xx. dicendum, quod perfectio spiritualis nature
est ut possit esse causa aliorum sine suo motu, quod
cæli nūquā acquireret. Nec tñ pp hoc deteriorabi,
cū finis suus nō sit in causādo alia, ut dictum est.

Ad xxi. dicendum, quod motus cæli non quiescet
propter aliquod contrarium: sed propter uolunta-
tem mouentis tantum.

ARTICVLVS VI.

Utrum possit sciri ab homine quando motus cæli finiatur.

Sexto. Quaritur utrum possit sciri ab homine,
quando motus cæli finiatur. Et uidetur quod sic,
quia secundum Aug. in fine de ciui. Dei, sexta ætas
currit ab aduentu Christi usque ad finem mundi:
sed scitur quantum præcedentes ætates durauerit.
ergo sciri potest quantum ista ætas durare debet p
comparationem ad alias: & ita potest sciri quan-
do motus cæli finiatur.

¶ 2 Præf. Finis vnicuiusque rei respondet suo prin-
cipio: sed principium mundi scitum est per reue-
lationem, ex qua Moyses dixit, in principio creauit
Deus cælum, & terram. ergo & finis mundi sciri
potest per reuelationem in scripturis traditam.

¶ 3 Præf. Causa in certitudine mundi ponitur esse,
ut homo semper sit in solitudine de suo statu: sed
ad hanc solitudinem habendam sufficit mortis
incertitudo. ergo non fuit necessarium, incertum
esse defectum mundi: nisi forte propter illos quo-
rum temporibus finis mundi erit.

¶ 4 Præf. Dicitur aliquibus propria mors esse reue-
lata, sicut patet de Beato Martino. Dicit autē Aug.
in epistola ad Orosium, quod talis vnusquisque in iu-
dicio comparebit, qualis fuit in morte. Et sic eadē
rō est occultandi mortē, & occultandi diem iudicii.
ergo & dies iudicii qui ad oēs pertinet, debuit in
scriptura sacra, que omnes instruit, reuelatus fuisse.

¶ 5 Præf. Signū ordinatur ad aliquid cognoscendū.
In Euangelijs autē ponuntur aliqua signa aduentus
Domini qui erit in fine mundi, ut patet Mar. 24. &
Luc. 21. & similiter ab Apostolis, ut patet, 1. ad Tim.
4. & secūde ad Ti. 3. & secūde ad The. 2. ergo vñ, quod
possit sciri tempus aduentus Dñi, & finis mundi.

¶ 6 Præf. Nullus hic reprehenditur, uel punitur pro
eo quod non est in sua potestate: sed aliqui repre-
henduntur in scriptura, & puniuntur pro eo, quod tem-
pora non cognoscunt. Vnde Dñs Math. 16. ad Pha-
risæos, Faciem cæli diiudicare nō stis, signum autem
istud non potestis scire, & Luc. 19. Non relinquent
in te lapidem super lapidem, eo quod nō cognouit
ris tempus uisitationis tuæ. & Ier. 8. Miluus in cæ-
lo cognouit tempus suum: Turter & hirundo, &
ciconia custodiunt tēpus aduentus sui, populus autē
meus non cognouit iudicium Domini. ergo pos-
sibile est sciri diem iudicii, uel tempus finis mudi.

¶ 7 Præf. In secundo aduentu Christus magis mani-
feste venit, quā in primo: tunc enim uidebit eū
omnis populus, & qui eum pupugerunt ut habet
Apoc. 1. Sed primus aduentus prænuntiatus fuit in
scriptura, futurus etiam quantum ad determinatū
tempus, ut patet Dan. 9. ergo uideretur, quod & secūds
aduentus debuere in scripturis prænuntiari quan-
tum ad certum tempus.

¶ 8 Præf. Hō dicit minor mūdus, quā se maioris mū-
di similitudinem gerit: sed finis uitæ humane potest

præsciri determinate. ergo, & finis mundi potest
præsciri.

¶ 9 Præf. Magnum, & paruum, diurnū & breue,
relatiue dicuntur de uno per cōparationē ad aliud:
sed tēpus illud quod est ab aduentu Christi usque
ad finē mundi, dicitur esse breue, ut patet. 1. Cor. 7.
Tēpus breue est, & eiusdē decimo, Nos sumus in
quos fines sæculorū deueniunt. & 1. Ioan. Nouis-
sima hora est. ergo hoc dicitur per cōparationē ad tem-
pus præcedēs. ergo saltē hoc vñ sciri potest, quod multo
breuius est tempus ab aduentu Christi usque ad finē
mundi, quā a principio mudi usque ad Christum.

¶ 10 Præf. Aug. dicit in lib. de Ciui. Dei, quod ignis ille
qui exuret faciē terræ in fine mundi, erit ex conflagra-
tione omnium ignium mundanorum: sed po-
test sciri a considerantibus motum cæli, usque ad
quantum tempus ipsa corpora cælestia, quæ sunt
nata generare calorem in istis inferioribus, erunt
in situ efficacissimo ad hoc implendum, ut sic per
concursum actionis cælestium corporum, & infe-
riorum ignium, vniuersalis illa conflagratio fiat. er-
go potest sciri quando erit finis mundi.

SED CONTRA est, quod dicitur Matth. 4. De die il-
la, & hora nemo scit, neque angeli cælorum.

¶ 2 Præf. Si aliquid deberet aliquibus hominibus
reuelari, præcipue reuelatū fuisset querentibus Apo-
stolis, qui Doctores totius mundi instituebantur.

Eis autem de finali aduentu Domini querentibus
responsum est Act. 1. Non est uestrum nosse tempo-
ra vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate.
ergo multo minus est alijs reuelatum.

¶ 3 Præf. Credere ueritati, & reuelationi acceptæ in
scriptura non prohibetur: sed Apost. 2. ad Thes. 2.
prohibet credere quocumque modo annuntiantibus,
quasi in stet dies Domini. ergo illi, qui nūtur
tempus dici Domini denuntiare, sunt tamquam
seductores cauendi. Nam & ibidem subditur, Ne-
mo uos seducat ullo modo.

¶ 4 Præf. Aug. dicit in epistola ad Esichium, Quæro
utrum sic saltem possit definiti tempus aduentus,
ut eum aduenturum esse dicamus intra istos, uerbi
gratia, uel centum annos uel quodlibet seu maio-
ris numeri, seu minoris annorum, hoc autem om-
nino ignorantes sumus. ergo non potest sciri quo-
cumque numero annorum dato uel decem mil-
lium, uel 20. millium, uel duorum uel trium, uirū
infra illud tempus finis mundi futurus sit.

RESPOND. dicēdū, quod tēpus determinatū finis
mundi omnino nescitur, nisi a solo Deo, & ab ho-
mine Christo. Cuius rō est, quia duplex est modus
quo possumus præscire futura, scilicet per cognitio-
nē naturalē, & per reuelationē. Naturali quidē co-
gnitione aliqua futura prænoscesimus p causas, quas
præsentēs uidemus, ex quibus futuros expectamus
effectus: uel per certitudinem scientiæ, si sint causæ,
quas de necessitate sequitur effectus: uel per conie-
cturā, si sint causæ, ad quas sequit effectus ut in plu-
ribus, sicut Astrologus præscit eclipsim futurā, & me-
dicus mortē futurā. hoc autē mō nō potest præcogno-
sci tps determinate finis mudi, quā cā motus cæli, &
cessationis eius nō est alia quā diuina uoluntas, ut
prius ostēsum est, quā qdē cām naturaliter cogno-
scere nō possumus. Alia uero, quorū cā ē motus cæ-
li, uel quicūq; alia cā sensibilis, posunt naturali co-
gnitione præcogosci, sicut particularis destructio
alicuius partis terre, quæ prius fuit habitabilis, & po-
tēta sit inhabitabilis. Per reuelationē uero licet sciri
possit, si Deus uellet reuelare, nō tñ congruū esset,
quod reuelaretur nisi hōi Christo. Et hoc pp tres